241

B. 141.

Mi charissime Frater. Valere te cum tuis confido. Nos Dei beneficio valemus. Is faxit id utrisque perpetuum! Jam semestre, ni fallor, integrum est, ex quo nihil à te habui literarum. quaeque de te tuisque scio, relatu cognati nostri dni Joh. Snellii, tum quorundam qui Leida ad nos venere studiosorum accepi; bona quidem, et, ut nunc sunt tempora et mores hominum, mala. De illis laetor, de his doleo. Ferendum, quod mutari non potest. De Rectoratu, onere viris bonis et pietatis ac justitiae, omnino con-

... gratulor; Deusque
... ximo precor.
... fecere duo
... t Dr. Arnoldy
... in hac urbe,
... um Laude ipsis
... Jenis, nudius-
... otus, et SS. Th.
... que simillima
... dni Valenti-
... priora habi-
... expectatur.
... es Xiridinarii,
... praeterea
... dni Pastoris
... Nobilis Ac-
... Maresii in mini-
... Fuit ejus ante
... D., erit prim
... es ordinarii,
... seniorum, ac
... una cum sex
... Studentes

dum.

dentes. ... expectet amplius consi-
... Hermannus noster adhuc
Brevi est, exercetusque se jugiter, a beneficio Dei

243

140.

Vir Celeberrime et Doctiss. Patrone honoratissime,

Pudet me sane tanta humanitatis beneficentiaeque, quâ me circumplecti non desinis, cumque toties me ornaveris, iterum tam splendido dono me ornare non cessas. Quid vero agam dicamque? ὅτοι ἀποδῶ τὴν ἀξίαν χάριν? Cum ergo ita placuerit, quas e fundo pectoris possum gratias ago, et hoc unicè agam ne tanto tuo favore indignus, saltem non ingratus videar unquam. Cum Bibliopola egi, qui typi recentis fusionem opperitur, quod intra paucas hebdomadas futurum existimat. Quaeso boni consulant quae nuperius de paragrapho illo libelli monui. Hoc potui enim Cartesianorum desideria circa unicum illum locum comprimere. Nunc vero tam abundanter illos absolvisti, ut quid à te plane possent amplius non videam. Et quis te monebit, aut formulam verbumve aliquod suggeret, qui tuâ sapientiâ humanitateque omnes praegravas? Caeterum quin si consultum videretur, obiter innuere, non eo articulo agi de iis qui de Deo inquirunt, aut recto legitimove modo de quibusdam dubitant, sed de scepticis aut dubitatione abutentibus (quamvis nesciam an ulterius studiosum illum ejusque exemplum optet, saltem mihi non innotuit, qui in Germaniâ haeret) nullus dubito quin ad palatum illum sit futurus hic paragraphus. Doleo cum quaedam in literis tuis occurrant, me iis nunc satisfacere non posse, cum literae hae à me exigantur urgenda horâ jam elapsa. Vale vir φιλοσοφικώτατε et bono publico diutius superstes. Uxori liberisque tuis salutem plurimam nuncupamus,

Celeberr. nominis tuo studiosus
Fr. Burmannus.

a.d. 9 Ianuar. 1660.